6. Epistolar

Brief von August Hermann Francke an Theophilus Dorrington.

Francke, August Hermann

Halle (Saale), 21.02.1699

Nutzungsbedingungen
Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.
Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.
Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use
All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downladed and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.
Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.
For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-16620

1134

canos latrantes adversus lupos, et pasto-
res fideles erga oves. Vale et ama

Hall. Magd. Tibi filiis
d. 16. Febr. 1699. addictissimum

Dn. Petro Michaëlis Doc. A. H. F.
licianæ diæceseos Inspectori meritissimo
Ecclesiæ.

45. Pacem a Jesu Christo
quam mundus dare non potest.

Vir plurimum Reverende et in Christo
Jesu Frater perdilecte.

Novissimæ tuæ Londini vigesimo septi-
mo Octobr. anni superioris datæ ad
manus meas rectissime pervenerunt. Respon-
sum tamdiu distuli, donec commoda mi-
hi nasceretur occasio, desiderio tuo plenissi-
me satisfaciendi. Jam non tuo

tantum, ſed meo etiam divino auspicio, ſatis
fieri contingit. Me enim autore et ſua-
ſore Angliam vestram petunt duo Theologiæ
Studiosi in meo quasi ſinu ac gremio enutri-
ti, et non â ſtudiis tantum præclaris ſed â pie-
tate etiam affatim instructi, Juvenes can-
didi affabiles, zelo divino præditi, usu rerum
ſubacti, quos fratres ingenuos appellare
minime erubesco. Unus Jacob Bruno
Wigers e mea quasi manu in tuam traditur,
optimeq benedictionem omnem, qua divina
clementia Nostram impertivit Academiam
exponere tibi poterit; Alter, Johannes
Christophorus Moderus, etiamsi aliquod
temporis ſpatium alibi exegerit, alioq in
loco illi se comitem itineris jungat, Ger-
maniæ tamen nostræ in rebus ecclesiasticis
ſtatum non minus quam ille percensebit.
Longiſsimarum itaq literarum hi duo vice
implebunt. Comisi ipsis etiam fasciculum
libellorum meorum impreſſarumq homilia-
rum, quarum paucæ in Idioma vestrum trans-
ferri potuerunt, quoniam is, qui transtulit

136

hactenus, e vivis excessit. Optarim istorum te juvenum opera et manductione ad pleniorem, quam desideras, linguæ Germanicæ cognitionem pervenire posse. Certe in aliqua felicitatis parte una cum ipsis id ego ponerem. Hoc in primis tempore opera pretium est, Linguam Germanicam præ aliis addiscere, quo tanta piorum scriptorum in Germania seges est, ut cum aliis quibuscunq nationibus contendere hac in parte possint. Spes etiam foret haud exigua, si, quemadmodum Germani Anglicanæ Linguæ ita Angli Germanicæ Linguæ studerent, futurum, ut majus quoq in sacris et spiritualibus commercium paulatim iniretur. Harmoniam enim spiritus pii et cordati viri facile deprehenderent. In meis, quos transmitto libellis, eruditionem minime sollicitor, quam obesse crebrius animarum ædificationi, quam prodesse video. Veritatem divinam nude et sine coloribus proponendam, et ad statum Ecclesiæ μετὰ παῤῥησίας applicandam censeo. Eruditionis ostentatio nominis celebritatem hominumq admirationem, veritatis sine fuco professio, mundi odium, insidias, persecutiones parere nobis assolet. Id quod in me expertus sum, et per DEI gratiam experior adhuc quotidie. At enim veritas

quid

quidem crucem, ſed crux lucem, et omnem bene:
dictionem affert; qua cum DEUS tenuia ſcri-
pta mea in Germania dignatus ſit, dignaturū
m. tum demum ſperabo in Anglia, Tu ſi digna
ea credideris, quæ in linguam veſtram converſa,
vel in Anglia vel in Germania noſtra imprimant.
Quod ſi guſtui tuo ſpirituali non ſatisfe-
cerint, minime indignabor, ſed ſupprimi etiam
gaudebo, quæ, niſi aliis aliter videretur,
haud ægre hic etiam penitus ſupprimerem.
Liberrime mecum in cenſendis ſcriptis meis.
c) Non mihi ſed DEO vivo, cujus ſi promoveatur
gloria, reliqua omnia mea non intereſſe du-
co, utpote qui non in alio gloriari geſtio,
quam in cruce Jeſu Chriſti. Quid de piis Pon-
tificiorum conatibus ad te perlatum ſit
fama, neſcio. Nos certe hactenus non alios
in iis conatus animadvertimus, quam qui ad re-
digendam ſub jugum Pontificis Romani eccle-
ſiam ſpectant. Sileſiæ Saxoniæq bene omi-
nari non poſſumus. Et noſtro quidem meri-
to Evangelio, quo tamdiu ac tantopere abuſi
ſumus, privaremur. Plura tibi in frequentiori
cum amicis, quos commendavi, converſatione ex-
ponentur. Eos ſi qua in re juvare tua impri-

138

mis commendatione potueris, nullus dubito, quin in prolixo id affectu facturus sis. Utriq; in Pædagogio, quod per gratiam DEI institui formandæ bonis artibus juventuti cum laude præfuerunt, idem apud vos, si res ita ferat, haud libenter præstituri. Parum abfui, quin Reverendiss.o Angliæ Archiepiscopo eos commendare auderem, simulq et animum meum deditissimum precesq ei testarer et benevolentiam ejus summisse ambirem. At repressi impetum, veritus ne virum in tanto fastigio constitutum allogvio importune offenderem. Quod si tu id ratum habueris, posthac id mihi audaciæ sumam. Interea si opus fuerit, spero commendatitias tuas nuspiam iis minime defuturas. Dn. Ludolfus communis amicus noster Smirnæ jam degit, unde non ipsa pridem literas ad me dedit. Ita vale, Vir plurimum Reverende, et immerentem amare perge.

T. Plur. Rev.a Dignitati

Halæ Saxonum
d. 21. Febr. 1699.

Addictissimus

Aug. Herm. Francke

Ad Dn. Theophilum Dorrington. Londinum.